



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindiciæ Pro Nicolao Smitheo, Contra censuram nomine  
Facultatis Parisiensis editam in eiusdem librum, cui  
nomen, Modesta & breuis Discuſſio, &c.**

**Goffar, Antonius**

**Leodii, 1631**

Illvstrissimo Ac Generosissimo Domino D. Gvilielmo A Bavaria, Principi  
Coadivtori Stabvlensi, Comiti Longiensi, Baroni d'Hollinghouen, Equiti S.  
Iacobi; nec non Ser[emissi]mi Principis Electoris ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38773**



ILLVSTRISSIMO

AC  
GENEROSISSIMO  
DOMINO D.

GVIELMO

A BAVARIA,  
PRINCIPI COAD-  
IVTORI STABVLENSI,  
*Comiti Longiensi, Baroni*  
*d'Hollinghouen, Equiti S.*  
*Jacobi; necnon Ser<sup>mi</sup> Prin-*  
*cipis Electoris Colonienfis*  
*supremo Aulae Praefecto,*  
*&c.*



D Te ILL<sup>ME</sup>  
PRINCEPstan-  
quam ad Iudi-

† 2 cem

EPISTOLA

cem æquissimum prouo-  
co à sententia omnium  
fortè ab hominū memo-  
ria latarum iniquissima ,  
quam pronūtiauit non le-  
gitimus aliquis Iudex aut  
arbiter, sed pars ipsa aduer-  
sa turbulentis odij inui-  
diæque affectibus efferata;  
quam dubio procul inspe-  
ctis VINDICIS hisce no-  
stris facile æquitatem &  
bonitatem tuam ita rescif-  
suram mihi polliceor , vt  
& aduersarijs iustitiæ tuæ  
fulgore præstrictis silentiū  
imponatur, & cēsurarum

vin-

## DEDICATORIA.

vincula immeritis imple-  
xa relaxentur. Quod si in  
illis stylo vsus sum minus  
placato & aculeatiori quam  
optandum foret inter Ca-  
tholicos Scriptores, certe  
digladianti mihi cum irre-  
quieti spiritus hominibus  
& contentioni natis, non  
defuit occasio acrioris ace-  
ti adhibendi, Richerista-  
rum Censura iniustissima  
iustissimæ indignationis  
excusationem abunde sup-  
peditante. Ac utinam Sy-  
cophantæ illi ac Proselini  
Censores Cydi pœnas iam

† 3 du-

EPISTOLA  
dudum commeriti maio-  
rem scandali & offendio-  
nis aūsam in Ecclesia Dei  
huc usque non præbuīf-  
ſent! Utinam contumaciā  
illam suā , & odium plus-  
quam Vatinianum quo in  
Regulare institutum ferū-  
tur , deposuissent ! non ti-  
meretur nunc dierum cō-  
cordiæ & vnitatis Eccle-  
ſiæ Catholicæ diſciſſio ,  
non labefactaretur chari-  
tas Christiana , non gra-  
uaretur ſcrupulis, non in-  
tricaretur periculosis dog-  
matibus probum ac Ca-  
tho-

## DEDICATORIA.

tholicum vulgus; non de-  
nique damnaretur tam te-  
merè vera ac sana doctri-  
na auctoritate SS. Patrum  
comprobata & nobilissi-  
morum Theologorū ra-  
tionibus validè fulcita. Et  
cùm hæc illos nimiâ inui-  
diâ excæcatos non moue-  
ant, omittendi sunt que-  
stus, de remedio cogitan-  
dum , & in illos stringen-  
dus quoque calamus vr-  
gente nos Hieronymo ,  
*Nolo in accusatione hæreſeos*  
*quenquam esse patientem, ne*  
*ſitaceat diſsimulatio, conſci-*

Epist.  
ad Pā-  
mach.  
aduer-  
ſus er-  
rores  
Ioānis  
Ieroſo.

EPISTOLA  
*entia iudicetur.* Quo e-  
nim tandem res tam per-  
niciosi exépli euasura est,  
si liceat impunè huiusmo-  
di genij Ismaëlitici homi-  
nibus manus suas in om-  
nes extendere, & in quos-  
libet Catholicos & ortho-  
doxos Scriptores nulla ini-  
uria prouocatis vltro ac  
animi causa, non tantum  
quæsita occasione, sed vi-  
olenter arrepta incurrere?  
An defensio Catholicæ  
Theologiæ, an virorum  
in ea doctissimorum ubi-  
que receptæ sententiæ de-  
beant

## DEDICATORIA.

beāt pro paucorum vnius  
Facultatis tumultuantium  
arbitratu damnari? Absit,  
sed damnentur potius ij  
qui aliud agunt nihil quā  
*in domo iusti iniquitatem*  
*scrutari*, proscribātur noui  
schismatis *in Gallia* noui  
Authores. Contra horum  
audaciam & temeritatem  
cūm mihi contendēdum  
sit, cur de tua ope mihi ad-  
futura diffidā **III<sup>me</sup> PRIN-**  
**CEPS?** qui credam te *Vin-*  
*diciarum nostrarum* patro-  
cinium vltrò non suscep-  
turum, cūm in ijs agatur

† s causa

EPISTOLA  
causa Theologiæ Catho-  
licæ, propulsentur calum-  
niæ aduersus Religiosum  
statum intentatæ, defen-  
datur Sedes ipsa Apostoli-  
ca, cuius auctoritatem Ge-  
nerosissima tua Dominati-  
o sartā intactamque ve-  
lit. Tui igitur Nominis au-  
toritate damnetur info-  
lens facinus , innocentia  
Religiosorum hominum  
foueatur, & illos aduersus  
hæresim usque ad vincula  
& sanguinem certates ini-  
quorum anathematismo-  
rum ac censurarū mucro-  
ne

DEDICATORIA.

ne confodi ne patiare. Dis-  
rumpatur potius Richeri-  
sticum istud Tonitru ani-  
marum saluti funestissi-  
mum , & brutum censu-  
rarum fulmen, quod in a-  
lios vibrare moliuntur, in  
illos regeratur. Tibi verò  
**ILL<sup>ME</sup> PRINCEPS Cælites**  
bene faxint , & innocen-  
t iū partes sustinentē diu-  
tissimè sospitent, vt eos in  
dies tua benignitate magis  
ac magis complectare.

*Illæ ac Generofissime Domina-  
tionis Tæ*

Addictissimus & Obseruantil-  
simus in Christo Seruus

ANTONIVS GOFFAR.